pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succo ac prove
aliqua principali ex contentis Literarum praefatarum non completa complex
Citata eius memorata recognovit pars una praemissa contenentis
sui cum posteris ad instantiam partis alterius praemissa tenentis
sive primis successores ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense ex tunc recessa suprascripto quoad respondendum spectat
mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio
stare comparere respondere Vadium praefatum luere inscriptionem praesenti
satisfacere omnesque iudicatum pati debebit et tenebitur sese ac suos
successores ad eadem omnia obligavit eundemque Terminum primum peremptorium et alios ex inde consequentes causae eiusdem Terminos
semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra regnum servitio militari ad
munimenta ad exercitum vel alijs quibusuis dillationibus et le-
galibus impedimentis non differendo ad quietationem Ultra proximos
terminos Officij praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipiendo
nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel triplicatis cuiusvis suspensionibus
statutis iuris praescriptione Tempore bello convocationeque alijsque quibusuis
iuris remedijs et defensis non subterfugiendo neque quovis modo
evadendo praesenti suae recognitionis ad Officium hoc mediante

Turzanski consorti reformat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Iwan Turzanski Kahanowicz sanus men-
te et corpore existens a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque
suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero iurisdi-
ctioni Castrensi Capit. Premisliensi quoad Actum modernum attinet
se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter
ac plenarie incorporando subijciendoque palam libere publice sese
expresse recognovit Quia ipse Nobili Anna Koblanska consorti no-
bilis Stephani Koblanski filia sua Vero recognoscenti consorti
legitimae eiusque posteris summam ducentorum florenorum Polonicalium

racione vero dotis et expeditionis de bonis paternis et Maternis post
ipsam acceptis et in domum suam importatis Nec non aliam similem
summam ducentorum florenorum Polonicorum racione certi iusti et liquidi dotali-
tij in et super tota et integra medietate bonorum suorum quorumcunque omnium
hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque
quarumcunque pecuniarum nunc habitarum et in post habendarum tum auri ar-
genti Clenodiorum vestium pecorum pecudum ac totius supellectilis domesticae
dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout praesenti dat dotat do-
talitiat inscribit et reformat per eandem Nobilem consortem suam dictam
medietatem bonorum omnium generaliter cum universis ipsorum Utilitatibus et e-
molumentis beneficiisque et proventibus quibusvis tenendi habendi possiden-
dum quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successorum usus be-
neplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi more ac titu-
lo aliarum reformationum hactenus et diutius in regno praesenti observari solitarum.

Idem Koblanskiemu consortem statuet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Nobilis Iwan Turzanski Kahanowicz sanus mente et corpore existens
a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedens praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum mo-
dernum astringit se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter
ac plenarie incorporando aliisque subijciendo palam libere publice ac personaliter
recognovit Quia ipse se suosque successores in et super bonis suis quibuslibet
omnibus summisque pecuniis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat
praesentibus, Nobilem Annam Koblanska olim Nobilis Stephani Koblanski
cum nobili Marina Stupnicka procreatam filiam sui vero recognoscentis
consortem suam legitimam, cum assistentia sui recognoscentis vel in eventu
mortis successores ipsius, ad abrenuntiandum pro ipsis in manus Nobilis Hre-
horij Koblanski fratris ipsius germani de bonis ipsius Paternis et Ma-
ternis ipsam iure divino et Naturali successione in vim dotis et expeditionis
legitime concernentibus ad Acta quaevis authentica regni perpetua intra decursum
hodie en septimanarum statuere, et personaliter adducere, ab ipsaque vel succes-
soribus ipsius ut promissa exequantur efficere Idque sub vadio ducentorum
florenorum Polonicalium per eundem recognoscentem nobilem Turzanski Kahanowicz

sive ipsius